

intemperata. Itaq; hae pro tua humanitate equi boniq; confulas,
et quae turbulenter scripta sunt, excusabis. In D. Lohnum et D.
H. Isaacum meo nomine salutabis, idq; amantissime. Nostrum
Vito, amico integerrimo ac dno observandissimo, si apud vos
adhuc degit, salutem etiam meo nomine dicere, ne graveris,
velim. Dns Jesus vos istuc custodiat et conseruet, sanctissimiq;
vestris laborib; magis ac magis suo spiritu benedicat. Berna
23 Junij 1586.

Tui amantissimus, studiosissim;
Johannes Vorstius.

Pietate atq; doctrina clarissim;
Viro dno Davidi Pareo, Collegio
sapientiae praeposito, amico obser-
vandissimo
Heidelbergae.

Taddeo Hagicio ab Hagere And. Dadith.

86/

Excellentissime et prestantissime Dne Amice honorande
et charissime, S. P. Incidit propositis amici hujus mei,
qui has redet, viri pietate et doctrina prestante pra-
diti in formica quaedam mea, quae a diligentiore et
copiosiore scripturae me revocant. Non debui tamen
praetermittere, quin hac occasione oblata Exi. Tuam
amanter salutarem, simulq; rogarem, ut hunc ami-
cum et comites eius, homines item bonos et pios, amice
et solita sua humanitate te complectatur, easq; mea
causa, si usus veniat, necessariis officiis persequatur,
colloquiisq; suo docto animos eorum reficiat. Non n. igno-
ta est pietas doctrina et eximia bonitas Exi. V. vel
me praedicante: amici et notis meis. Quicquid in eos
ab humanitate tua profectum fuerit, id ego ita acci-
piam, ac si in me ipsum contulisset. Aride literas
expecto de statu rerum vestrarum et filii vestri,
quem saluto amanter, tum it de vestris lucubratio-
nibus Mathematicis quid fieri velitis, mihi significetis.
Atq; adeo ad nuperas meas ea de re literas respondeatis,
valde vos rogo. D. Doctori Monario plur. salutem
adscribo, et rogo ne mea petitionis obliuiscatur, re-
mittat

mittat etiam per occasionem, quae ei nunquam deesse
potest ad fratrem meum illam, quae Jac. Juno apud eum
deposuerat, mihi transmittenda. Clarissimo Viri D^{no}
Kurtzio me per occasionem ut plurimum commen-
detis, rogo. Si vobis est aliquis aditus ad veterem et
singularem Patronum meum D. à Trantson, qui
certè vobis nunquam non patere debet, pro vestris
meritis, rogo ut ei significetis suppliciter, nec mea-
rum tam frequentium et ardentium supplicationum
memoriam deponat, et tum alia, de quibus jam
aliquot annos supplico, tum pecuniam mihi à
S. p^{re}s. Maj^{te} impetret, quae mihi omni jure, ex
pacto et promisso ejus Maj^{ty} debetur, cupis rebus
magnum mihi meisq^{ue} posteris detrimentum adferi.
Non ita malè sum meritis de dominis meis, ut pro
beneficiis exitium et irreparabile damnum repor-
tem. Quò magis vobis tanquam clarissimo amico meo
D^{no} filio vestro hanc meam causam procurandam
et sollicitandam commendo. Omni gratitudine hoc offi-
cium rependam. Implorate meis verbis opem mei ami-
cissimi Doct. Monavii, qui alius quoq^{ue} in hac causa apud
eundem et D^{no} Procancell. laboravit. Nunc de pecunia
inprimis vos Amicos meos mihi auxilio apud istos pa-
trones venire cupio, et ut id diligenter faciat per
vestram bonitatem et nostram amicitiam vos obsecro
Valete feliciter et rescribite. Gorae prima Martij
1586.

Mea uxor vos amanter salutat et ipsa quoq^{ue} rogat,
ut hanc nostram liberorumq^{ue} nostrorum causam
pecuniariam omni studio amicè procuretis, de qua
responsam expectamus. Valete.